HOMILIARIUM, U.A. GREGORIUS MAGNUS
Entstehungsort unbestimmt, 1424 Seite 60r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35053
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore



Omnia abstulit utique electa Neque
etenim infideles quosque et pro suis
criminibus eternis suppliciis deditos
adveniam dominus resurgendo re
paravit · sed illos ex inferni claus
tris rapuit · quos suos in fide
et actibus recognovit Unde etiam
per Osee dicit · Ero mors tua o
mors ero morsus tuus infer
ne · Id namque quod occidimus agi
mus ut penitus non sic · Ex eo quod
mordemus partem abstrahimus · partemque
relinquimus · Quia ergo in electis
suis funditus occidit mortem
mors mortis extitit · Quia
vero ex inferno partem abstulit
partemque reliquit non occidit fun
ditus sed momordit infernum
Ait ergo · Ero mors tua o mors
Ac si aperte dicat · Quia in electis
meis te funditus primo ero
morsus tuus inferne · quia
sublatis eis ex parte te transigo
Que est ergo ista solempnitas
que inferni claustra destruxit
et ianuas nobis nobis regni ce
lestis aperuit · Inquiratur sub
tilius nomine eius requiratur
egregius predicator videamus quid
de eius estimatione denunciat
Ait enim · Etenim pasca nostrum immo
latus est xpus Si ergo pasca
xpus pensandum nobis est · quid
de pasca lex loquitur ut indage
mus subtilius an de xpo dicta
videantur · Moyses quippe ait ·
Sumant de sanguine agni ac po
nent super utrumque postem et in
super liminaribus domorum in quibus

comedent illum · Et edent carnes
nocte illa assas igni et azimos
panes cum lactucis agrestibus Non
comedetis ex eo crudum quid nec
coctum aqua · sed assum tanto igni · Ca
put cum pedibus eius et in testi
nis vorabitis nec remanebit ex
eo quicquam usque mane · Et si quid
residuum fuerit igni comburetis
ubi et additur · Sic autem come
detis illum Renes vestros accingetis
calciamenta habebit in pedibus
tenentes baculos in manibus
et comedetis festinantes Que vi
delicet cuncta magnam edificationem
nobis pariunt · si fuerint misti
ca interpretatione discussa · Quis
namque sit sanguis agni · non iam
audiendo sed bibendo didicistis · Qui
sanguis super utrumque postem ponitur
quando non solum ore corporis sed etiam
ore cordis hauriatur In utroque
etenim poste agni sanguis est po
situs · quando sacramentum passionis illius
cum ore ad redemptionem sumitur
ad imitationem quoque intenta mente
cogitatur · Nam qui sic redemptoris
sui sanguinem accipit ut imitari
passionem illius nec dum velit in
unum poste sanguinem posuit · Qui
etiam in super liminaribus domorum
ponendus est Quia enim spiritualiter
domus nisi mentes nostras accipi
mus · in quibus per cogitationem inha
bitamus · Cuius domus super limina
re est ipsa intentio · que preminet
actioni · Qui igitur intentionem
cogitationis sue · ad imitationem do
minice passionis dirigit in super
liminarem domus agni sanguinem